

www.e-rara.ch

Regale sacerdotium Romano pontifici assertum

Sfondrati, Celestino

Typis Monasterij S. Galli, Anno 1693

Stiftsbibliothek St. Gallen

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-117287>

§. X. Octavus textus canonicus ex cap. grandi. de supplen. neglig. praelat. in 6.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

mè mali religionem incuterent. Nihil eâ diligentia profectum. Erat Sanciofrater atate proximus eximia indole, Alphonsus nomine. Episcopi Bracharensis, & Conimbricensis ad Innocentium Pontificem, qui hoc anno Lugduni Concilium congregarat, à Lusitanis proceribus amandati, cum Pontifici causas legationis explicassent, ut Sancius Regno pelleretur, non potuerunt impetrare. Id modo concessum, ut Alphonsus, dum viveret, rempublicam gubernaret.

III. Ipsa Decretalis sic habet; Innocentius IV. Baronibus, & comitibus Regni Portugaliæ. Mandamus, quatenus dilectum filium nobilem virum prasati Regis Portugallia fratrem de devotione, probitate, ac circumspèctione multipliciter commendatum, prasertim cum ad defensionem Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumq; piorum locorum Regni prasati, & personarum Ecclesiasticarum, nec non viduarum, orphanorum, & ceterorum ibidem degentium sit assumptus, cum ad vos accesserit (fidelitate, homagio, juramento, seu pacto, si aliquibus forè prasato Regi vel cuicumque alij persone tenemini, aut etiam ipsius Regis prohibitione nequaquam obstantibus) in civitatibus & munitationibus Regni pradicti, cum omnibus suis recipere absque difficultate qualibet procuretis. Alioquin venerabilibus fratribus nostris Bracharensi Archiepiscopo & Episcopo Conimbricensi damus in praceptis, ut vos per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellant. Per hoc autem non intendimus memorato Regi, vel ipsius legitimo filio pradictum Regnum adimere: sed potiùs sibi & eidem Regno destructioni exposito, ac vobis ipsis consulere.

Vides hic iterum tam ex historia, quàm contextu ipsius Decretalis, Regno & consequenter Ecclesiâ periclitante, cujus Advocati Reges sunt, posse summum Pontificem, legitimum alioquin Regem administratione privare, coadjutorem illi aut vicarium dare, subditos juramento fidelitatis absolvere, &c. Et hæc omnia præstare Pontificem suo jure, nec prælatis Galliæ, qui ad Concilium confluerant, aliud in mentem venisse, multoque minùs huic in Gallijs exercitiæ potestati litem intendisse.

